



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africanam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XLII. De regno Hungariae, Dalmatiae, Croatiae & Slauoniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

Bohemia, est infecta. In Moravia multæ sunt Anabaptistarum congregationes, in cõmuni viuentes, qui Germaniæ ac Belgij Anabaptistas, vt hæreticos damnant, & anathematizant.

*Preslavy* Silesiæ caput est *Vratislauia*, quæ Episcopum habet Catholicum, Gnesnensi Archiepiscopo suffraganeum.

*Olmuntz*. Moraviæ primaria vrbs est *Olomucium*, quæ pariter Episcopum habet Catholicum, Pragenfi Archiepiscopo suffragantem. Is nunc est Serenissimus Archidux Leopoldus, Ferdinandi Bohemiæ Regis frater.

## CAPVT XLII.

DE REGNIS HVNGARIAE,  
Dalmatiæ, Croatiæ & Sla-  
uoniæ.

**H**ungaria, quam Danubius mediam interfluit, duas habet vrbes Archiepiscopales, Strigonium & Colociam. Strigoniensis Archiepisc. est regni Hungariæ Primas, & Legatus natus, residetq; nũc Tirnaviæ, Strigonio à Turcis occupato. Suffraganei autem sunt Episcopi VI.

Nitriensis, regni Cancellarius. *Nitrich.*

Iaurinensis ad Danubium fluuium. *Raab.*

Agriensis, *Agria*, sub Turcis.

*Vac.*

Vaccienfis. *Vaccia.*  
 Quinqueecclefienfis ad Drauum flu. fub  
 Turcis.  
 Vefprinienfis, Regine Cancellarius. *Vefprin.*  
 fub ijsdem.

COLOCIA, IN PANNONIA  
 inferiore fita eft, cuius loci Archie-  
 pifcopo fubefle folent E-  
 pifcopi,

Zagabrienfis. *Agram.*  
 Albæ Iuliæ, in Principatu Tranfiluanix.  
*Fairvvar.*  
 Varadienfis. *Varadin.*  
 Sirmienfis, fub Turcis. *Sirmifch.*  
 Conadienfis vel Canadienfis fub ijsdem.  
*Conad.*

Bofnienfis fub ijsdem. *Bofina.*  
 Hermanftadenfis & Bacchenfis Epifcopi,  
 in Tranfilvania à quibusdam adiun-  
 guntur.

Magnam Hungariæ partem hodie tenent  
 Turcæ: reliqua varijs hærefibus, atque in  
 primis Arianifmo eft infecta.

Georgius Drafcouitius, Cardinalis Hū-  
 garus, nationis fuæ alumnis Seminarium  
 Viennæ, & Collegium Varaliæ excitauit,  
 adiutante Rudolfo II. Cæfare. Datur &  
 Hungaris locus Romę in Collegio Germa-  
 nico. G 5 Hun-

Hungariæ regno annumerantur Dalmatiæ, Croatiæ & Slaunionæ regna, quæ hodie partim ab Austriacis, partim à Venetis, partim à Turcis occupantur.

Lingua  
Slaunionica.

Lingua porrò *Slaunionica* latissimè patet, estque in multas propagines diffusa, videlicet in *Rutenicam*, *Polonicam*, *Boemicam*, *Illyricam*, *Dalmaticam*, *VVindicam*, aliasque minorum gentium linguas.

Eiusdem linguæ *Slaunionicæ* duplices sunt Characteres, *Rutenici* seu *Moscovitici*, è Græcis deprauati, totidem numero, & figura penè similes, adiunctis paucis barbaris; item *Dalmatici*, qui & *Hieronymiani* dicuntur, eadem potestate, totidem numero, sed figura longè dissimiles. Atque adè duplex est Bibliorum translatio, *Rutenica* recentior, & *Hieronymiana* vetustior.

### CAPVT XLIII.

#### DE TRANSILVANIAE PRINCIPATU.

**T**RANSILVANIA, Daciæ Ripensis pars est mediterranea: cuius vrbes primariæ sunt, *Hermannopolis*, *Stephanopolis*, quæ & *Corona*, itemque *Brafsouia* dicitur, *Claudiopolis*, quæ Academiam habet,